

Zeitschrift: Beiträge zur vaterländischen Geschichte
Herausgeber: Historische und Antiquarische Gesellschaft zu Basel
Band: 14=4 (1896)

Artikel: Franz Hotmann, ein französischer Gelehrter, Staatsmann und Publicist des XVI. Jahrhunderts
Autor: [s.n.]
Kapitel: VII
DOI: <https://doi.org/10.5169/seals-111154>

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. [Siehe Rechtliche Hinweise.](#)

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. [Voir Informations légales.](#)

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. [See Legal notice.](#)

Download PDF: 17.05.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, <https://www.e-periodica.ch>

nicas minas Germanico terrore pelli — Itaque peto a C. V. ut eam rem curæ habeat et magno alicui principi eam legationem mandandam curet. — Illustriss^e princeps vale et salve. — Deus C. V. quam dintissime nobis incolumem conservet a R. Navarrae brevi litteras multas expecto.

Argentorati XXIII Aug. 1561.

Illustr^{ae} Celſit^s deditissimus Hotmann^s. Dr.

VII.

Dem Gesuche Hotmann's um eine Gesandtschaft der deutschen Fürstenhöfe nach Frankreich an den Hof mit einem Mann von hohem Rang und Ansehen erklärt sich der Landgraf für sich und den Kurfürsten von der Pfalz willfahren zu wollen — verbittet sich weitem directen Verkehr Hotmann's mit seinem Sohne Wilhelm von Hessen in solchen Angelegenheiten, die übrigen deutschen Fürsten würden den Uebertritt der Calvinisch Gesinnten in Frankreich zur Augustana zur Bedingung stellen, wesshalb auf deren Beitritt nicht zu bauen.

Landgr. Phil./Hotm.

Spangenberg 1561. September 18.

Philippus Dei gratia Landgravius Hassiæ comes in Catzenelbogen etc. etc.

Præmissa nostra clementi salute, Honeste et doctiss^e vir.

Litteras tuas, quæ datæ sunt Argentorati 23. Aug. uua cum Gallicis novis accepimus. —

Quantumvis autem multum instes et urgeas, ut a Germaniæ electoribus et principibus legatio in Galliam expediatur, quod equidem palatinus elector et nos lubenter vellemus — attamen ea legatio tali ratione ac modo, ut tu fortasse desideras, non impetrabitur. — Nam palatinus Wolfgangius et dux Würtembergensis, item Marchio Brandenburgensis

elector, marchio Joannes et alii præterea, ut putamus, elector Saxoniae talem legationem alia ratione nobiscum facere nolunt, ni Germaniae electorum et principum legati Gallicos principes, ut Augustanae confessionis conformiter vivere et Calvinii et Zwinglii doctrina se abstinere voluerint adhortentur.

Quapropter, si Galliae principes potuerint ferre neque eis molestum fuerit, ut legatio hac ratione fiat, tunc facile impetrabitur, ut legatio in Galliam consequatur. — Nam alio modo apud prænominatos Electores et principes non obtinebitur. — Verum palatinus elector, et nos hac etiam omissa conditione legationem facere vellemus.

Secundo quod tibi consultum videatur, ei legationi aliquem magnae autoritatis principem præfici, nobis non displicet et in hoc consentimus.

Si id autem in hunc finem fuerit propositum, ut nostro filio Wilhelmo hæc functio mandetur, nos nullo modo permittemus, ob multas prægnantes causas.

Et si volueris nostram gratiam et benevolentiam retinere a talibus practicis desistas et nihil clam nobis cum nostris filiis agas.

Hanc nostri animi sententiam etiam tibi Germanice scribimus, ad quam linguam nostram referimus et poteris curare, ut literæ nostræ Germanice adscriptæ per aliquem in Itioma latinum transferantur.

Benevolentiam et gratiam nostram tibi offerimus. —
Datae Spangenbergæ. 18. Sept. a^o D. 1561.
